



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 139. Sessio IV. Ruperti Oratores auditi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. episcopus Rigensis, Matthæus Wormati-
A.C. 1409. ensis Episcopus, Udalricus electus Ver-
 denfis, & Conradus de Sufato Spirensis
 Canonicus; Advenerant quoque Orato-
 res Hierosolymæ, Siciliae, Regum, alii-
 que cum ingenti Theologorum, ac Juris
 consultorum numero qua Italis, qua Gal-
 lis. Rediit etiam Cardinalis Landulphus
 dictus Barenfis ex legatione sua, qua in
 Germania perfunctus erat, cum pluribus
 Prælatiſ, aliisque Oratoribus, quorum
 omnium præſentia quartæ Sessioni ma-
 gnum splendorem conciliabat.

§. CXXXIX.

*Sessio quarta. Ruperti Oratores
 auditi.*

Collect. Con- In hac Sessione Ruperti Regis Romano-
cil. tom. II. rum Legati audiebantur: quos tamen
p. 2119. & non nisi ut simplices oratores haberi, ac
2172. excipi voluit Concilium, quin eis sessio-
Spicil. tom. nem & locum cum ceteris concederet,
6. pag. 274. aut vestibus eorum dignitati convenien-
 tibus indutos comparere permetteret, eo-
 quod Rupertus necdum communi con-
 sensu tanquam Imperator agnosceretur,
 pluribus adhuc ægre ferentibus, quod
 Wenceslaus hac dignitate, licet illius ce-
 teroquin indignissimus, exutus fuisset.
 Udalricus Verdensis Episcopus orationem
 habuit

habuit, pro suo textu sibi feligens hæc Sæcul. XV.
 verba: *Pax vobis.* Verum ejusdem fer- A. C. 1409.
 mo intento pacis negotio haud responde-
 bat; referunt enim Historici, Prælatum
 istum a Gregorio sollicitatum, impotentem
 iracundiæ motu adversus Cardinales de-
 clamasse, additque Monachus Sandiony-
 fianus, hos Legatos non ad aliud venisse,
 nisi ad turbanda Synodi consilia, ac
 funditus evertenda, prout ex illis viginti
 quatuor articulis ab Episcopo Verdensi
 propositis, qui calumniis scatebant, mani-
 feste patuit. Petiit Synodus, ut hæc
 propositiones scripto exhiberent; Verum
 cum illas secum non attulissent, hoc ne-
 gotium ad posteram diem in Congrega-
 tione particulari discutiendum fuit pro-
 rogatum. Recedentibus Legatis duo il-
 li Competitores, eorumque Cardinales ite-
 rata vice citati fuere; Neutro autem illo-
 rum comparente, denuo contumaces
 proclamati sunt, & Concilium proximam
 Sessionem ad diem vigesimam quartam
 Aprilis indixit, in qua Ruperti Legatis
 satisfaceret.

§. CLX.

*Dubia Legatorum Ruperti in Congre-
 gatione particulari audita.*

Die Martis decima sexta Aprilis parti- Cone. Collect.
 cularis instituta est Congregatio, cui tom. II. pag.
 tamen 2164.